Vytlac 5

Generosi Radziszewski Lucrum.

Super citationem literalem Castrensem Capitan. Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Kłoczow Leszczowolski Branscen. etc. Capitaneus. Tibi Nobili Mathiae olim Christophori Kostro in Kostry Hoszki haeredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitanealis authoritate mandamus ut coram nobis seu officio nostro Castren. in Terminis Quaerellarum ac causarum officij Capitan. Castren. Branscen. feria secunda post datam praesentis citationis prox. cellebran. Wyjscie et peremptorie compareas. Ad instantiam Generosi Alexandri Radziszewski in Pelch Ostrożany etc. haeredis Actoris qui te citat pro eo. Quia tu non verendo poenas contra susceptores alienorum famulorum et subditorum Statuto Regni severe sancit. ausus es subditum et famulum Actoris proprium Laboriosum [illegible] Chudij de [illegible] Actoris Pelch ad te et bona tua Kostry Hoszki sine literis testimonialibus profugum suscipere prout de facto suscepisti per quod poenas eo in passu sancitas succubuisti ad quas super te una cum extraditione praefati subditi sive famuli citaris Juditio sis responsurus et Terminum attentus. Datum in Curia Regia Branscensi feria quarta ante festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Albertus Sychoczki recognit se ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citati praedictis posuisse et publicasse. Memoratus Actor susprascriptum citatum ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Pruszenski iuridice clamavit et non comparentem ex Regni ordine admissionem officij praesentis in lucro suo pro toto Juditio condemnavit.

Borowski Reinductionis Lucrum

Super citationem literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes in Kłoczow Lesnowolski Branscensis etc. Capitaneus. Vobis Nobilibus Alberto Marciano Joanni olim Thomae Kalinowski de Kalinowka haeredibus ex omnibus bonis Vestris Innotescimus secundo Nobilem Stanislaum olim Joannis Borowski de Borowo et Kalinowka haeredem coram nobis seu officio nostro graviter quaerelasse ideo. Quia Vos eundem conquerentem de totalibus et integris bonis immobilibus in haereditate Kalinowka Sastry sitis principaliter per Nobilem Mathaeum olim Joannis Borowski Honesto Chwiedor olim Joannis Szakowski Boiarowi Capitan. Branscen. in summa septem sexagenarum polonicalium coram Actis Castren. Branscen. inscript. et recognit., tandem per Honestum Chwiedor Nobili Stanislao olim Joannis Borowski moderno Actori cum pleno iure cess. et demiss. vi et violenter expulistis eiecistis usu et possessione pacifica privastis. Quare vigore Regio et nostra Capitanealis authoritate mandamus Ut in Terminis Quaerellarum ac causarum officij Capitan. Castren. Branscen. feria

secunda